ani. aut afficiebantur verberibus aut gla
dio truncabant. A passione quoque domini
usque ad transitum sancti Martini anni
quadringenti duodecim computantur.

Item de transitu sancti Martini.

BEATUS SEVERINUS colo
niensis civitatis
episcopus vir honestae
vitae et per cuncta
laudabilis. dum
die dominico loca sancta ex consuetudine
post matutinos cum suis clericis cir
cuiret. illa hora qua vir beatus obiit.
audivit chorum canentium in sublimi.
Vocatoque archidiacono interrogat
si aures eius percuterent voces quas il
le attentius audiret. Respondit. Ne
quaquam. Tunc ille. diligenter inquit au
sculta. Archidiaconus autem coepit sur
sum collum extendere aures erigere et
super summis articulis baculo susten
tante stare. Sed credo eum non fuisse equa
lis meriti. a quo haec non merebantur audi
ri. Tunc prostrati terrae ipse pariter et bea
tus episcopus dominum deprecabantur. ut haec ei
divina pietas audire permitteret.
Erectis autem. rursum interrogat senex.
Quid audis. Qui ait. Voces psallen
tium tamquam in caelo audio. sed quid sit
penitus ignoro. Cui ille. Ego tibi quid sit
narrabo. Dominus meus Martinus
episcopus migravit ex hoc mundo. et nunc
angeli canendo eum deferunt in ex
celsum. Et cum parumper mora esset ut
haec audirent. diabolus cum suis iniquis
angelis retinere temptavit. nihilque
suum in eodem repperiens confusus abces
sit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit.
si tantum sacerdotem voluit pars in

iqua nocere. Haec sacerdote loquente.
notatum tempus archidiaconus Turonis
misit velociter qui haec diligenter inqui
reret. Qui veniens eo die horaque
manifestissime cognovit transisse
beatum virum. qua sanctus Severinus audivit
psallentium chorum. Sed et si ad Severi re
curramus hystoriam. ipsa hora eum sibi
scripsit cum libro vitae suae fuisse reve
latum.

ALIUD CAPITULUM.

EO namque tempore be
atus AMBROSIUS. cuius
hodie flores eloquii
per totam ecclesiam redo
lent. mediolanensi
civitati praeerat episcopus. Cui celebranti festa
dominica dierum ista erat consuetudo. ut ve
niens lector cum libro non antea legere
praesumeret quam sanctus nutu iussisset. Fac
tum est autem ut illa die dominica prophetica lec
tione iam lecta. ante altare stante qui
lectionem beati Pauli proferret. beatissi
mus antistes Ambrosius super sanctum altare ob
dormiret. Quod videntes multi cum nul
lus eum penitus excitare praesumeret. transac
tis fere duarum aut trium horarum spa
tiis. excitaverunt eum dicentes. Iam hora prae
terit. iubeat dominus lectori lectionem
legere. Expectat enim populus valde iam lassus.
Respondens autem beatus Ambrosius. nolite
inquit turbari. Multum enim mihi valet sic
obdormisse. cui tale miraculum dominus
ostendere dignatus sit. Nam noveritis fratrem
meum Martinum sacerdotem egressum de corpore
fuisse. me autem eius funeri obsequium praebu
isse. Peractoque ex more servitio capitel
lum tantum vobis excitantibus non explevi.
Tunc illi stupefacti pariter et admiran
tes diem et tempus notant sollicite re
quirentes. qui ipsa die tempusque reppe

runt quod beatus confessor dixerat se ei ex
sequiis deseruisse. De translatione
corporis beati Martini.

OPERE pretium est e
nim etiam illud insere
re lectioni. qualiter
sanctum eius corpusculum
in loco ubi nunc adoratur fuerit angelo
annuente translatum. Anno sexa
gesimo IIII post transitum beati et
gloriosi Mart. beatus Perpetuus Turoni
cae sedis cathedram sortitus est digni
tatis. Adeptoque hunc apicem. cum magno
uotorum consensu fundamenta templi
ampliora quam fuerant super beata
membra locare disposuit. Quod sagaci
insistens studio mirifice mancipa
uit effectui. De qua fabrica multum
quod loquerem erat. sed quia presens est con
ticere exinde melius putauimus. Ad
ueniente quoque optato tempore sacerdoti
ut templum dedicaret. et sanctum cor
pusculum a loco ubi sepultum fuerat
transferret. conuocauit beatus Perpetu
us ad diem festum uicinos pontifices.
sed et abbatum ac diuersorum clericorum non
minimam multitudinem. Et quia hoc
in kalendis iulius agere uolebat. ui
gilata una nocte facto mane ac
cepto sarculo. terram quae super sanctum
erat tumulum ceperunt effodere. Quo
detecto. manus ut eum commouerent
iniciunt. Ibique multitudo tota
laborans. nihil prorsus per totam diem
profecit. Vigilata denique alia nocte.
mane temptantes iterum nihil om
nino agere potuerunt. Tunc conster
nati atque exterriti quid facerent ne
sciebant. Dicit eis unus ex clericis.
Scitis quia post triduum natalis
episcopatus eius esse consueuerat. Et forsitan
in hac die se transferri uos admo
net. Tunc ieiuniis et orationibus ac ui
gili psalmodiae die noctuque insisten
tes. triduum illud continuatione du
xerunt. Quarta autem die accedEN
tes ponentesque manus. non ualebant
penitus mouere sepulchrum. Pauo
re autem omnes exterriti iam in hoc stan
tes ut etiam uasculum quod detexerant
operirent. apparuit eis ueneranda
canitie senex ad instar niuis can
dore efferens dicens se esse abbatem.
et ait illis. Vsquequo contristamini et
tardatis. Non uidetis dominum
Martinum stantem uobis iuuare pa
ratum si manus apponitis. Tunc iac
tans pallium quod induebatur. posuit
manum ad sarcophagum cum reli
quis sacerdotibus crucibus paratis et
cereis. impositamque antyphonam
dederunt cuncti uoces psallen
tium in excelso. Tam ad senis co
natum protinus sarcophagum in sum
ma leuitate commotum. in loco
ubi nunc adoratur domino annuente per
ducitur. Quod ad uoluntatem sacerdotum
compositum dicti etiam missi. ut uen
tum est ad conuiuium. requirentes sollici
te senem nequaquam repererunt. sed nec
homo quidem extitit qui eum de basilica
exire uidisset. Credo aliquam fuisset
uirtus angelica. quae et beatum uirum se ui
disse pronuntiauit. et deinceps nulli
comparuit. In quo loco ex illo die mul
tae uirtutes factae sunt. quae per negli
gentiam non sunt scriptae. Nos uero de quanto
nostro tempore aut fieri uidimus aut fac
tum certe cognouimus. silere nequiuimus.
adiuuante domino nostro Ihesu Christo. aoi